



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis  
Oratorii Fvndatoris**

**Gallonio, Antonio**

**Mogvntiæ, 1602**

Adolescentulum ex oculis laborantem in pristinam restituit valetudinem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43172**

ineunte, noua exoritur tempestas  
in Philiopum, eiusq; alumnos, quā-  
doquidem non deerant, qui quōd  
nostrum fortè institutum suspectū  
haberent, de eo funditus euertēdo  
dies, noctesque cogitare cœperint:  
veet si acerrimi erant operis insesta-  
tores, at Deo rem suam adiuuante,  
omnis aduersariorum labor ad irri-  
tum cecidit.

*Adolescentulum ex oculis laborantem  
in pristinam restituit vale-  
tudinem.*

**E**odem ut arbitror anno adole-  
scens quidam, cui Ioanni  
Baptistæ Crescio nomen erat, graui  
ophtalmia laborabat, & ardentium  
lacrymarum profluuiio, ita ut nec  
auram, nec lucē ferre posset, cumq;  
multos dies hoc oppressus morbo  
iacuisset, decreuerunt tandem me-  
dici cauterio adolescentulo suc-  
currendum esse: at cum id reme-  
dium Ioannes id ægri auunculo

*Id hic ipse  
Io. Baptista  
Sacramēto  
enuncia-  
uit.*

216

Christi  
1567.

Pij V.PaP.

Ætatis  
52.53.

erat nomen non approbaret, Ioannem Baptis̄tam ad Philippum adduxit; is, inquiens, qui sororis meæ filius est, ex oculis laborat, rogatque preces pro eo ad Deum offerat. His ille auditis, manibus affectæ parti confessim admotis, hoc morbo ægro ait, liber eris, qui mox habere melius cœpit, paucisq; post elapsis diebus, nullis adiutis medicamentis integrā veletudinem recuperavit omnino.

Iesu Christi anno      Pij V. Pap. anno      Aetatis anno  
1568.                    3.                    53+54.

### *Fructus animorum.*

**S**ed abeamus ab his, & veniamus ad fructum animorum anni millesimi quingentesimi sexagesimi octauii. Fructus eorum, qui Oratorum frequentabant tacite magis stimari ab hominibus, quam à me inconsideratè poni in mea historia decet, sed vel hoc solum de eo dicam; tantæ multitudinis concursu

ad ser-